UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

21. Considerando & comparando bona, quæ nobis Christus fecit, & mala quæ à nobis pertulit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

gloriæ, iſtud ſpectat, ad homines activos & incipientes.

Secundus gradus, *Modus* eſt, recogitare Paſſionis ſuæ modum: ſcilicet quâ abyſſali humilitate patientiâ, manſuetudine, & deſiderio ſit Paſſus, ita, ut in ejus paſſione inveniamus perfectionem omnium virtutum, quas ad imitandum in ipſa conſiderare debemus, & iſtud reſpicit præcipuè proficientes.

Tertius gradus, *Cauſa* eſt, recogitare cauſam propter quam Chriſtus paſſus eſt, nempe immenſam Charitatem, quem per hoc nobis voluit demonſtrare. Et hanc meditari debemus, ut viciſſim charitati charitate reſpondeamus, eâque vehementer inflammemur. Et hoc præcipuè pertinet ad perfectos. Licèt hunc Amorem oporteat in omnibus, & his, & aliis quibusque exercitationibus exerceri, ab omnibus, qui in bona vita, & in via Dei proficere volunt.] Hucuſque Harphius.

MODUS XXI.

VIgeſimus primus Paſſionem Dominicam meditandi Modus eſt: Colligere & conferre bona Chriſti, cum malis ejus: bona nimirum quæ fecit nobis, cum malis, quæ pro eis pertulit à nobis. Quem meditandi Paſſionem Chriſti modum, ac ipſomet Domino traditum diſcimus, quem apud Prophetam ſic conquerentem ſcimus. *Retribuebant mihi* (inquit) *mala pro bonis,* *Pſ. 34. 12.* *ſterilitatem animæ meæ.* Revocanda ergo ſunt bona Chriſti, quæ ab eo accepimus, & viciſſim mala noſtra, quæ illi intulimus, & ex hac colla-

tione, tum noſtri ſervatoris Patientiam,
ſuetudinem, Bonitatemque, tum noſtr
cum malitiam, ingratitudinem, injuſtitia
agnoſcamus, ac defleamus, mala pro bo
ipſi referentes ab aliis, æquanimiter toler
ſcamus. Exhibeo totum hunc meditand
dum verbis ſancti Gregorii. [„Admo
Greg. 3. P. Paſt. cap. 3. in fine. „ ſunt ægri, quatenus Patientiæ virtutem ſe
„ ut inceſſanter quanta Redemptor noſt
„ his quos creaverat, pertulit mala, conſid
„ quòd objecta convitiorum probra ſuſ
quòd de manu antiqui hoſtis, captivorum
mas quotidie rapiens, inſultantium alap
ſcepit; quod aquâ ſalutis non abluens, à
dorum ſputis faciem non abſcondit: quò
catione ſuâ nos ab æternis ſuppliciis libera
citus flagella toleravit; quòd inter Ange
choros perennes nobis honores tribuens,
phos pertulit; quòd à peccatorum nos pu
nibus ſalvans, ſpinis caput ſupponere no
cuſavit: quòd æternâ nos dulcedine deeb
in ſiti ſua vellis amaritudinem accepit:
pro nobis Patrem (quamvis Divinitate e
qualis) adoravit, ſub irriſione adoratus t
quòd vitam mortuis præparans, ad m
(ipſe vita) pervenit. Cur itaque aſperum
ditur, ut à Deo homo flagella toleret pro
ſi tanta Deus ab hominibus pertulit mal
bonis? Aut quis ſanâ intelligentiâ, de perc
„ ne ſuâ ingratus exiſtet, ſi ipſe hinc ſine f
„ lo non exiit, qui hic ſine peccato vixit? „]
Gregorius, & bonis Chriſti in nos mala noſ
Chriſtum conferens, & ſimul quid ex hac
latione utilitatis decerpendum ſit oſten

Ion eſt verò difficilè, majorem bonorum me-
torumque in nos Chriſti Domini catalogum
ontexere, iisque omnibus, mala in Chriſtum
oſtra oppoſita, reperire. Quandoquidem &
os nihil boni, niſi à Chriſto, & ex Chriſto ha-
emus impenſum; & Chriſtus nihil malum aut
ænoſum, niſi ex nobis, & à nobis, perſenſit il-
ıtum.

MODUS XXII.

Vigeſimus ſecundus Paſſionem Domini medi-
tandi, modus eſt: Mala & peccata noſtra
ı Deum commiſſa colligere, & quæ pro his
hriſtus in ſuo corpore ſupplicia pertulit, devo-
dolenterque conſiderando, deplorare. Du-
itari enim non debet, quod Chriſtus ſcelera
oſtra, ita in ſuo corpore portavit, ut ea dolen-
o expiaret, & expiando tolleret: itaque debi-
ores ſumus Chriſto, & Paſſionis ejus, & expia-
onis noſtræ, & quia ipſe pro peccatis noſtris,
ım dira & tam indigna pertulit, & quia dolori-
us vulneribusque ſuis, nos à peccatis noſtris
bluit, abluendosque ſalvavit. Dupliciter au-
em poteſt conſideratio iſta fieri.

Primò quidem ita, ut is, qui meditatur, ſua
ıntùm propria peccata contra ponat Paſſionibus
hriſti, expendatque quibus ſuis peccatis, quas
auſaverit Chriſti Paſſiones; & contra, quibus
is Chriſtus paſſionibus, quæ ipſius peccata ex-
iaverit.

Secundò autem ita, ut peccata in genere, ab
ominibus quibuscunque commiſſa, Paſſioni
hriſti componat, &c. Uterque modus, eſt

 valde